

minando intellectionem: ergo Spiritui-sancto communicatur formaliter natura divina.

122 Hoc argumentum cum sua confirmatione separatim proponimus, quia in eius solutione aliquantulum immorabimur propter sui apparentem difficultatem. Et imprimis destituitur omni vi, si nostra principia salutaverimus. Iuxta quæ debemus primò supponere, obiectum specificativum voluntatis divinæ non esse præcisè bonitatem essentia divinæ, sed bonitatem essentia, & attributorum, vt vidimus tract. 4. disput. 1. dub. 3. ¶ Secundo debemus supponere ex dictis tract. 3. disput. 1. dub. 4. obiectum intellectus divini esse solam essentiam, vt distinctam ab attributis & relationibus. ¶ Ex quibus sequitur primò, solam essentiam divinam esse *intelligi* primarium, habereque rationem *verbi* communiter dicti. Unde ex eo quòd Verbo divino communicatur formaliter *intelligi* divinum, optime colligitur communicari ei formalissimè naturam divinam. ¶ Sequitur secundò, quòd quamvis *amari* (quod est proprium obiecti vltimati, seu specificativi, & per se primò intenti) communicaretur formaliter Spiritui-sancto, solùm communicaretur ei natura divina sub ratione communis naturæ, & attributo; quod non sufficit, vt eius processio sit generatio: quia ad rationem generationis requiritur, quòd natura divina sub speciali conceptu *nature* sit terminus primarius illius, & attributa sint terminus secundarius, sicut in generatione creata natura est terminus primarius, & proprietates sunt terminus secundarius.

123 Hæc tamen solutio licet fundetur in doctrina aliàs vera, & satis solvat argumentum; non tamen est admittenda ea parte, qua docet *amari* (quod est proprium naturæ divinæ, seu obiecti vltimati, & coincidit cum fine) communicari formaliter Spiritui-sancto ex vi suæ processionis. Vnde aliter respondendum est: prænotando, ex his quæ diximus num. 99. quòd in omni amore creato producitur aliquis impulsus distinctus realiter tam ab actu, quam ab obiecto, estò bonitas divina sit obiectum primarium illius, & attingatur prout est in se, vt contingit in amore beatifico; non quia iste terminus sit necessarius ex indigentia obiecti, sed quia essentialiter est vitalis, tenenque se potius ex parte potentia, quam ex parte obiecti. Ex quo inferitur, quòd huiusmodi impulsus habeat rationem obiecti intermedij, & obiectum, quod habet rationem finis, tantum terminet extrinsecè amorem. Quare in divinis præter impulsum notionalem, qui est Spiritus-sanctus, debet dari alius impulsus essentialis, qui quasi producatur pro priori ad productionem Spiritus sancti. Sed quia iste terminus est formalissimè de ipsa linea voluntatis, idemmet amor est formaliter emittentur absque distinctione virtuali voluntas,

actus, & impulsus essentialis. Ex his facile apparet, quòd natura divina non gerit in Deo, sicut nec in amore beatifico, munus *impulsus*: ac proinde, ex eo quòd impulsus essentialis communicetur formaliter Spiritui-sancto, non debet ei communicari natura divina.

Per quod constat ad confirmationem: nam ex eo quòd *amari* communicetur Spiritui-sancto ex vi suæ processionis, non sequitur communicari eodem modo naturam. Pro quo nota: quadruplex *amari* posse excogitari in Spiritui-sancto. Primum est proprium Spiritus-sancti, seu impulsus notionalis, ad modum quo in Verbo divino datur quoddam *intelligi* notionale & proprium ipsius verbi. Secundum est proprium obiecti, seu finis, id est natura divinæ, & omnium que ad obiectum primarium spectant, eo etiam modo, quo in Verbo divino datur *intelligi* proprium & intrinsecum naturæ divinæ. Tertium est extrinsecum obiecto, & consistens in denominatione extrinsecæ proveniente ab actu amoris, sicut *intelligi* ab intellectione, & *videri* à visione. Præter hæc datur aliud, quòd est proprium impulsus communiter dicti, qui est terminus, vel quasi terminus immediatus, seu obiectum intermedium voluntatis. Igitur Spiritui-sancto ex vi processionis tantum communicatur *amari*, quòd est proprium impulsus: *amari* verò quòd est proprium finis, præcisè communicatur identicè: quia non est terminus immediatus & intrinsecus voluntatis, cum non sit de linea voluntatis.

124 Nec refert, si dicas, quòd Verbum divinum non habet nisi triplex *intelligi*, aliud extrinsecum, quòd provenit ab actu; & aliud intrinsecum, quòd est proprium obiecti seu naturæ; & aliud notionale: ergo idem dicendum est de *amari* reperto in Spiritui-sancto: ergo ex his solùm *amari* proprium naturæ divinæ communitur illi formaliter.

Respondetur, concedendo antecedens; & negando vtranque consequentiam, propter superioris dicta. Nam inter actum intellectus & eius obiectum, quando est infinitum, & actus purus, & attingitur prout est in se, non debet mediare aliquod verbum communiter dictum, quòd gerat munus obiecti intermedij: quia obiectum intellectus tantum petit terminare intellectionem sui vel per seipsum, vel per sui similitudinem formalem, & quando per seipsum vnitur immediatè, vt contingit in visione beata, & in visione divina, superfluum est aliud obiectum intermedium, seu *intelligi*: quare non debet dari nisi triplex illud *intelligi*. Ad inter obiectum voluntatis, & eius actum debet semper mediare aliquis terminus per modum ponderis & obiecti intermedij. Vnde præter tria *amari* correspondentia tribus *intelligi*, debet interponi aliud proprium istius termini intermedij: & hoc est, quòd formaliter communicatur Spiritui-sancto.

Hoc

Hoc autem discrimen desumitur ex diversa natura intellectus, & voluntatis: siquidem de ratione illius est trahere ad se res, & de ratione istius ferri ad res mediante impulsu.

125 Sed quia N. Salm. in hoc tract. disp. 3. n. 39. admittit vt *probabile*, essentiam divinam suppleri defectum impulsus in amore beatifico, sicut supplet defectum verbi in visione beata: Respondetur tertio, quòd adhuc in hac suppositione natura divina non debet communicari formaliter Spiritui-sancto. Et ratio est: quia prima intentio voluntatis est communicare amorem Spiritui-sancto; aliunde processio, vt potè divina, & perfectissima in sua linea, debet esse univoca, non minus propriè quam processio verbi in sua: Et cum voluntas & volitio Dei non sint tantè immaterialitatis, vt sint suum esse absque distinctione virtuali; hinc est, quòd natura divina non debet communicari formaliter Spiritui-sancto, quamvis suppleat defectum impulsus communiter dicti. Neque reverà natura divina, adhuc prædicta sententia admittit, habet propriè rationem *verbi*: quia de ratione verbi est, quòd sit formalissimè ipsum obiectum: quare si verbum non producitur, ipsam obiectum vnitur per modum *verbi*: At impulsus non est ipsum obiectum formalissimè, cum non sit similitudo formalis illius. Unde si obiectum terminat immediatè volitionem, non est, quia in toto rigore gerat munus *impulsus*, sed præcisè impedit, ne producatur, quia non est necessarius propter summam unionem affectivam inter voluntatem & eius obiectum.

Iuxta quam solutionem respondetur confirmationi, quòd *amari* non communicatur formaliter & ex vi processionis Spiritui-sancto, estò *intelligi* communicetur Verbo divino. Et ratio discriminis est: quia *intelligi* & *intelligere* sunt formalissimè idem, & idem est communicari *intelligi* ac *intelligere*. At *amare* & *amari*, quòd est proprium finis, non sunt formalissimè idem; & cum processio Spiritus-sancti sit univoca, & eius intentio sit communicare amorem, non sequitur, ex eo, quòd hic communicatur, vt communicetur etiam *amari*. Cum quo rectè coheret, quòd *amari* communicetur formaliter adhuc sensum, nempe quatenus ex hoc quòd aliquis amat aliquid, consequenter amat se amare, vt tradit D. Thomas 2. 2. quæst. 15. art. 2. Iuxta quòd *amari*, quòd est proprium ipsius amoris, communicatur Spiritui-sancto. Sed hinc ineptè potest deduci, quòd *amari* proprium naturæ divinæ communicetur ei formaliter propter rationem supra traditam, ac proinde quòd eius processio sit generatio.

Hic solet inquiri cum D. Thoma, an processionis intra Deum sint tantum duæ. Sed ad hoc quæsitum ex dictis satis constat, & ex infra dicendis disput. sequenti magis constabit.

DISPUT. II.

De Relationibus Divinis.



Resolutis ijs quæ ad processiones tam in communi, quam in particulari spectant, procedimus, vt in præmio huius tractatus promissimus, ad elucidandas divinas relationes. Sed in limine huius disputationis prænotare libet, quòd plura, quæ ad distinctionem earum à natura divina, & ad inclusionem istius in illis declarandam desiderari poterant, & sunt propria huius loci (siquidem D. Thom. art. 2. huius quæst. 28. quam explanare curamus, determinatè inquirat, *utrum relatio sit idem quòd sua essentia*?) iam enucleata manent tract. 1. disp. 3. vnde quòd primò inquirimus, est:

DUBIUM I.

An dentur in Deo Relationes reales: Et an distinguantur realiter inter se?

Hæc duo sub eodem dubio comprehendimus, vt brevitatè consulamus: quòd claritatis gratia in tres assertiones dividimus.

§. I.

Assertio prima.

1. Idem est primò, dari in Deo relationes reales. Hæc assertio est de fidentum, quia sic docet D. Thom. q. 8. de Potent. art. 1. ubi ait: *Respondeo dicendum, quòd sententiam fidei catholica sequentes, oportet dicere in divinis relationes reales esse*. Idem docet 1. ad Annib. dist. 26. quæst. 2. art. 2. quibus addit: *Aliiter necesse est incidere in hæresim Arii, vel Sabellij*. Tum & precipue: quia clare deponitur ex Scriptura: etenim Math. 18. præcipitur Apolloni homines baptizare in nomine Patris, & Filij, & Spiritus-sancti. Quæ nomina sunt relativa, seu relationes significantia. Accedit ad hæc Conciliorum authoritas: nam in Florent. sess. 18. dicitur: *Solam relationem multiplicare personas*: quod antea Concil. Tolet. 11. in Confessione fidei expresserat.

Et probatur ratione D. Thomæ in præfenti argument. Sed contra: Pater in divinis est realiter Pater, & filius realiter Filius; sed Pater est talis à paternitate, & Filius à filiatione: ergo in Deo sunt realiter paternitas, & filiatio; sed istæ sunt relationes apud omnes Logicos; ergo in Deo sunt relationes reales.

2. Respondebis primò, quòd Pater potest esse

esse realiter Pater, quin paternitas sit relatio realis, sed tantum rationis: nam Deus est realiter Dominus, & relatio dominij in Deo est relatio rationis.

Sed hæc evasio est nullius momenti. Primò: nam ideo Deus dicitur realiter Dominus, quamvis non existat in eo relatio realis dominij, sed tantum rationis, quia denominationem potest habere a ratione fundandi relationem rationis, quæ consistit in actuali subiectione activa creaturarum, vel à relatione reali servitutis existente in creatura; sed Pater nequit in divinis dici realiter Pater, & Filius realiter Filius à relatione rationis, neque à fundamento illius: ergo Minor quoad primam partem per se patet: quia à relatione rationis nequit provenire denominatio realis: talis enim est denominatio, qualis est forma denominationis. Quoad secundam verò suadet: nam Pater ab eo dicitur realiter Pater, per quod realiter distinguitur à Filio; sed nequit distingui realiter à Filio per fundamentum relationis, cum hoc sit quid absolutum, & omnis distinctio in Deo debeat provenire formaliter à relatione: ergo Pater nequit dici Pater à fundamento relationis rationis.

Elucidatur hoc eleganti ratione D. Thomæ locis supra relatis: Pater, & Filius realiter distinguuntur; sed non distinguuntur secundum aliquid absolutum: ergo per relationem: ergo vere & realiter datur relatio in Deo. Maior imprimis probatur: Nam si non distinguerentur realiter, Pater esset realiter Filius; sed hoc est incidere in hæresim Sabellij: ergo. Deinde probatur minor: Si distinguerentur secundum aliquid absolutum, distinguerentur in essentia; sed hoc est incidere in hæresim Arii: ergo. ¶ *Secundò*: Nam ideo Deus dicitur realiter Dominus per ordinem ad creaturas, quia relatio rationis dominij supponit fundamentum, à quo possit dici realiter Dominus, videlicet actualem productionem, qua sibi subiecit creaturas; sed Pater (v.g.) pro priori ad omne fundamentum cuiusvis relationis est realiter Pater, vel adequatè, vel saltem inadæquatè, siquidem pro priori ad generationem est realiter persona, sicut persona creata, & habet quidquid requiritur ad hoc, vt distinguatur à Filio: ergo cum non possit constitui in ratione persona per aliquid absolutum, neque per illud possit distingui realiter à Filio, oportet, quòd Pater non dicatur Pater à fundamento relationis rationis, neque ab aliquo absoluto, sed à relatione reali paternitatis.

3 Respondetis *secundò*, quòd ex nostra ratione tantum sequitur dari relationem realem in Patre aut Filio, secus verò in vtraque persona. Sicut ad hoc vt Christus sit realiter filius Virginis, satis est, quòd Beata Virgo sit realiter Mater illius per relationem existentem in Virgine.

¶ Sed hæc evasio ex dictis manet convulsa,

Et iterum refellitur. Tum quia ideo Christus nequit dici realiter filius Virginis per relationem in ipso existentem, quia persona Christi, vt pote divina & superioris ordinis, nequit realiter immutari, neque potest ordinari ad aliquid creatum: ergo cum persona divina sint eiusdem ordinis, nullum erit inconveniens, quòd ad invicem correferantur. Tum etiam: Quia non est ratio, cur in vna persona datur relatio realis per ordinem ad aliam, & non in ista, si semel sunt eiusdem ordinis (loquimur de relationibus secundi generis) vt in personis divinis contingit, & non in Christo, & Beata Virgine. Tum denique: Nam propterea Christus Dominus non correfertur realiter ad Matrem, quia quamvis per se loquendo, & attenda natura humana Christi, & generatione naturali Virginis, deberet dari in Christo relatio realis filiationis; per accidens tamen natura humana Christi terminata fuit per subsistentiam divinam Verbi, quæ non est capax relationis realis ad Matrem; sed omnia, quæ in Deo dantur, conveniunt ei per se, neque potest ei aliquid deficere, ex his quæ ex natura sua petuntur, aut potest aliquid ei convenire per accidens, vt ex se loquetur: ergo si in Patre datur relatio realis, etiam in Filio.

¶ 4 Oppositam tamen sententiam tenent Arius, Sabellius, licet ex diverso capite insinuat. Numer. 2. Et arguitur *primò*: Relatio realis dicitur plurimas imperfectiones: ergo non est formaliter in Deo. Antecedens probatur: Nam imprimis habet debilissimum esse, vt pote indigens ad sui consistentiam subiecto, fundamento, & termino: non est activa, neque ad illam datur per se motus. ¶ Confirmatur: Nullum est prædicatum in Deo, quòd dependeat ab alio; sed relatio dependet ab alio, videlicet à fundamento, & à termino, cum sine eis nec esse, nec intelligi possit: ergo.

Respondetur, quòd illæ imperfectiones, recentis sunt propriae relationis creatæ: quia divina non distinguitur à suo fundamento, consistit principium quòd, etque terminus qui in processibus divinis. ¶ Ad confirmationem eodem modo respondetur, quòd relatio creata, quia distinguitur à fundamento, dependet ab eo; relatio verò divina est ipsa substantia Dei. Et licet ad illam requiratur aliud correlativum, hoc non est propter indigentiam, aut dependentiam, sed propter nexum extremorum. Videatur Div. Thomas 4. Contra gent. cap. 14.

5 Arguitur *secundò*: Substantia Dei pro priori ad omnem relationem est perfectissima: ergo relatio non est formaliter in Deo. Antecedens est apud nos certum. Et consequentia probatur: Nam perfectum est, *Cui nihil à se est*, vt dicitur 2. Phisic. ergo si substantia Dei pro priori ad relationem est perfectissima, relatio non requiritur ad eius perfectionem.

Ref.

Respondetur, quòd natura divina cum suis attributis intelligitur perfectissima pro priori ad omnem relationem, sed non est summe perfecta, si ei desint relationes: quia licet relatio non superaddat perfectionem, radicare verò eam est maxima perfectio: siquidem relatio conducit, vt natura divina exprimat summam sui fecunditatem, quæ maxima perfectio est.

6 Arguitur *tertiò*: Nam in Deo nihil est, quòd reducatur ad aliud, cum sit primum principium & ultimus finis, ad quem omnia reducuntur; sed relatio reducitur ad absolutum: ergo in Deo non est realiter relatio. ¶ Confirmatur *primò*: Deitas est in Patre sicut in primo fonte, à quo alix personæ eam habent; sed hoc non esset, si in Patre esset relatio per ordinem ad Filium: ergo Minor probatur: Nam omne relativum habet esse à termino, cum totum suum esse sit ad aliud. ¶ Confirmatur *secundò*: Nam in Deo non est oppositio relativa: ergo nec relatio. Antecedens probatur *primò*: Non est alia oppositio: ergo nec relativa. *Secundò*: Quæ relativè opponuntur, sunt simul natura & cognitiones; sed Pater & Filius non sunt simul natura & cognitione, siquidem Pater est principium Filij: ergo.

Ad argumentum respondetur, quòd relatio tunc reducatur ad absolutum, quando est accidens secus verò quando est substantia, & indistincta ab absoluto, vt in Deo contingit. ¶ Ad primam confirmationem respondetur, aliud esse, quòd totum esse relativi sit ad aliud; aliud verò, quòd sit ab alio: primum verum est, non secundum, nisi in relatione creata, quæ licet rationem proximam terminandi non respiciat per modum causæ, bene verò rationem radicalem. Unde ex hoc capite non arguitur, Deitatem non esse in Patre velut in primo fonte. ¶ Ad secundam respondetur, negando antecedens. Et ad primam eius probationem dicendum est: quòd sola oppositio relativa expers est omnis imperfectionis, atque ideo quamvis nequeat dari in Deo oppositio contradictoria, seu contraria, potest, & debet dari oppositio relativa. ¶ Ad secundam respondetur: quòd principium alicuius termini tunc est prius natura, quando habet diversam naturam ab eo, secus verò quando eadem numero natura est in principio & termino, vt in Patre & Filio.

§. II.

Assertio secunda.

7 **D**icendum est *secundò*, relationes divinas esse reales non solum ex eo quòd includant naturam divinam, aut secundum conceptum formæ hypostaticæ, sed etiam secundum conceptum ad & propriissimum rela-

tionis. Ita communiter Theologi cum D. Thoma in cap. 16. Ioann. lect. 4. post medium vbi ait: *Paternitas potest considerari per comparationem ad oppositam relationem*, puta filiationem (ecce conceptum ad relationis) & sic paternitas est relatio realis.

Et probatur *primò* ratione: Nam conceptus ad simul cum conceptu in constituit vnicam relationem; sed id, quòd non est reale, nequit ingredi ad constitutionem entis realis vna cum alio conceptu reali, aliàs non esset verum ens reale: ergo relatio divina secundum conceptum ad est realis.

8 *Secundò*: Filius æternus ex se, & absque beneficio intellectus refertur ad Patrem; sed refertur ad Patrem per conceptum ad: ergo conceptus ad relationis divinæ est realis. Minor cum consequentia constat. Et maior probatur: Nam realiter procedit à Patre; sed id, quòd realiter procedit ab alio, realiter refertur ad illum: ergo Filius æternus ex se, & absque beneficio intellectus refertur ad Patrem. Minor probatur: Non ob aliam rationem relatio creata filiationis secundum conceptum ad, vel relatio creaturæ ad Deum est realis, nisi quia in creatis filius realiter procedit à Patre, & creatura à Deo: ergo cum Filius æternus realiter procedat à Patre, realiter etiam debet ad illum refertri.

9 Respondetis, quòd tunc realiter procedens ab alio refertur realiter ad illum, quando in vtroque est natura saltem numero diversa: quia de ratione relationis est, quòd sit ad aliud: secus verò quando in vtroque est eadem numero natura, vt in præsentī contingit.

Contra est: Nam quòd in Patre, & Filio sit eadem numero natura, non tollit, quòd Filius verè, & realiter procedat à Patre: solum enim tollit, quòd eius processio sit aliqua imperfectione admixta: ergo pariter non tollit, quòd Filius verè, & realiter referatur ad Patrem, sed quòd sit realitas imperfecta. Probatur consequentia: Nam relatio secundum conceptum ad sequitur ad processione: ergo si non tollit, quòd sit realiter procedens, nequit tollere, quòd realiter referatur ad Patrem. Quocirca Div. Thomas quæst. 8. de Potent. art. 1. sic ait: *Perfectior est generatio in divinis, quam in creaturis; sed ad generationem in creaturis sequitur relatio realis*, scilicet secundum conceptum ad: ergo multò fortius in divinis.

Confirmatur: Licet sit de ratione relativi finiti esse ad aliud, per quòd significatur in sermone proprio, quòd sit aliud in natura; de ratione tamen relativi infiniti sufficit, quòd sit ad alium: quia hoc dato salvantur omnes conditiones requisitæ ad relationem realem secundum conceptum ad, vt consideranti constabit.

sed

sed eo ipso quod Filius procedat realiter à Patre, salvatur, quod Filius sit alius à Patre: ergo processio illius est sufficiens fundamentum, ut conceptus ad relationem sit realis. *Adde:* Nam licet in Deo non detur aliud, & aliud in natura, quod est necessarium ad rationem causæ, datur tamen in aliquo vero sensu aliud, & aliud relativè: cum paternitas & filiatione distinguantur realiter & quasi specificè: ergo non est, cur ex hac parte relatio divina non sit realis secundum conceptum ad.

10. Respondetis secundò, ex ratione D. Thomæ tantum inferri, relationem divinam esse realem ratione essentiae inclusæ in ea per transcendentiam, scilicet verò ratione ad. Sicut relatio creata tantum est realis ratione in absoluto.

Contrà est primò: Nam relatio divina distinguitur realiter à suo correlativo; non ratione impliciti: ergo ratione ad: ergo iste conceptus est realis ratione sui. ¶ *Secundò:* Proprietas constitutiva Patris debet esse realis ratione sui, aliàs Pater in ratione Patris non esset verè & realiter Pater; sed natura divina non est proprietatis constitutiva Patris, licet importetur in obliquo: ergo ¶ *Tertiò:* Relatio creata est realis non solum secundum conceptum in absoluto, sed etiam secundum ad: ergo etiam relatio divina. Antecedens probatur: Tum quia relatio creata est speciale genus entis realis, cum constituat speciale predicamentum: ergo est realis, secundum id quod eam constituit in genere relativo; sed conceptus in absolutus non constituit eam in genere relativo, vt ex se liquet: ergo. Tum etiam: natur esse ad in creatis contrahit, & determinat rationem communem accidentis & entis realis; sed nequit eam contrahere, prout abstrahit ab esse reali & rationis, neque prout est determinatè aliquid rationis: siquidem ens rationis nequit contrahere ens reale: ergo.

11. Præcipuum fundamentum oppositæ sententiæ desumitur ex varijs testimonijs Div. Thomæ: inter quæ præcipue videtur id, quod deducitur ex art. 1. huius quæst. vbi sic ait: *Solum in his, quæ dicuntur ad aliquid, inveniuntur aliqua secundum rationem tantum, & non secundum rem. Quod non est in alijs generibus.*

Respondetur, D. Thomam non intendere, quod in relationibus determinatis, v. g. divinis: & predicamentibus creatis, detur aliquid secundum rationem tantum: sed sensum illius esse, quod in relationibus, prout abstrahunt à realibus & rationalibus, inveniuntur aliquid secundum rationem tantum; quod non reperitur in alijs generibus. Est ratio est: quia relatio secundum suum conceptum formalem solum dicit respectum ad aliquid, quod verè & absolute reperitur in relationibus, quas format inter-

lectus, vt liquet in secundis intentionibus logicalibus. Ceterum licet possit fingi chimæram per modum substantiæ, aut quantitatis, in ea tamen non est vera ratio substantiæ, aut quantitatis. Videantur N. Complut. abbrev. in sua Logica disp. 14. à nam. 5.

§. III.

Assertio tertia.

12. Dicendum est tertiò, quod relationes paternitatis, filiationis, & spirationis passivæ distinguuntur realiter inter se spiratio verò activa, quamvis distinguatur realiter à spiratione passiva, à paternitate, & filiatione tantum distinguitur virtualiter. Conclusio quoad primam eius partem est de fide, vt potè definita in Concil. Lateran. cap. 1. quatenus ibi statuitur, vt dogma catholicum, dari in Deo trinitatem personarum.

Ex quo sic formatur ratio: Si in divinis non darentur tres relationes reales realiter adinvicem discretæ, non daretur trinitas realis personarum: sed fides docet dari in Deo tres personas realiter distinctas: ergo dantur in Deo tres relationes reales distinctæ, videlicet paternitas, filiatione, & spiratio passiva. Maior, in qua tantum potè esse difficultas, pater: nam persone divinæ constituuntur relationibus, vt infra dicemus. Eò vel maxime: quia inter has relationes datur mutuus respectus realis, realitèque oppositio; sed oppositio realis importat distinctionem realem: ergo. Quæ ratio æquè videtur pro distinctione reali inter spirationem activam & passivam, quæ est secunda pars nostræ & catholice assertionis.

13. Sed obijciens difficile arguementum ex illo communi proloquio, cui ars syllogistica nititur, scilicet *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se*; sed præfate tres relationes identificantur cum tertio, videlicet cum natura divina: ergo sunt idem inter se. ¶ Et confirmatur: Si relationes divinæ distinguerentur realiter inter se, iam daretur syllogismus expositivus, in quo præmissæ essent veræ, & consequens falsum, vt cernere liquet in hoc syllogismo expositivo: *Hæc essentia (designata divina) est Pater: hæc essentia est filius: ergo filius est Pater.*

Hoc arguementum est adeò difficile, vt hæretici eo oppressi, & illi velut scopulo allissi naufragium in fide fecerunt, & in varios errores prolapsi sint, vt huicque vidimus. Sabellius namque distinctionem personarum negavit. Arius essentiam unitatem abtulit. Gilbertus distinctionem entitativam posuit inter relationes, & essentiam. Authores verò catholici, vt Scotus & Durandus, distinctionem modalem, vel ex natura rei fingunt. Quia tamen ad catholicum Do-

Dub. I. An detur in Deo Relationes reales: Et an distinguantur &c.

Doctorem spectat mysteria fidei defendere, & ostendere illa principijs luminis naturæ non repugnare, nec esse contra rationem, eisdè sint supra illam, ideò explicare oportet, quomodo realis distinctio relationum cum perfectâ identitate cum essentia coherere possit. Quod præfate curabimus ex his, quæ satis fuse habent ex D. Thoma N. Salm. in præf. disp. 1. à nam. 7.

Respondetur ergo primò, distinguendo mai. quæ sunt eadem vni tertio adquatè, concedo maiorem inadaquatè, nego maiorem. Sed relationes divinæ non sunt idem cum essentia adquatè, cum essentia in plus se extendat, quam quævis relatio; & sic non sequitur esse distinctas inter se, ex eo quod identificentur cum essentia. Quod aliquoties potè explicari exemplo temporis præteriti, presentis, & futuri respectu æternitatis: nam quia nunquodque est præsens æternitati inadaquatè, non valet: futurum est præsens æternitati, præteritum etiam est præsens æternitati: ergo futurum & præteritum sunt sibi presentia.

14. Sed dices: In hoc syllogismo, *Omnis homo est animal; Petrus est homo: ergo Petrus est animal*, ly *Petrus* non est adquatè idem cum homine, qui est medium; cum homo sit terminus communis, Petrus verò singularis; & tamen ex hac identificatione inadaquata inferitur identitas Petri cum maiori extremitate, cui homo est identificatus: ergo expositio data nulla est.

Respondetur, concessis præmissis, negando consequentiam: Disparitas namque est manifesta: nam licet Petrus, seu minor extremitas identificetur solum inadaquatè cum medio, seu homine; animal tamen, quod est maior extremitas, adquatè identificatur cum homine (imò & superexcedit) & consequenter cum omni eo, quod homini identificatur, de quorum numero est Petrus; & sic nil mirum, quod extremitates identificentur inter se. In nostro casu nulla relatio identificatur adquatè cum essentia, & ideò ex identificatione relationum cum essentia non inferatur identificatio earum inter se.

15. Respondetur secundò cum D. Thoma in præfenti art. 3. ad 1. & alibi sæpè, quod prædictum axioma solum est universaliter verum, quando extrema identificantur cum medio re, & ratione; quando verò sunt idem re, & differunt ratione, vt in nostro casu contingit, non est necesse, quod semper verificetur, licet possit tunc etiam aliquando verificari, vt statim dicemus. Ratio huius doctrine est, quod eo ipso quod extrema virtualiter distinguantur à medio, possunt, ex capite quo differunt, importare oppositionem relativam inter se, & ratione illius distingui inter se realiter, quamvis à medio, cum quo oppositionem non habent, non

distinguantur realiter: & hoc accidit in relationibus, & essentia divina.

De quo etiam est aliquod vestigium, licet (vt loquitur D. Thomas in 1. dist. 33. quæst. 1. art. 1. ad 2.) alias cum summa dissimilitudine, in actione, passione, & motu. Nam est actio & passio solum modaliter distinguantur à motu, & vt multi probabiliter volunt, ex natura rei; & alij, tantam ratione; distinguuntur tamen realiter entitativè propter oppositionem, quam habent. Pariformiter ergo dicendum de relationibus divinis relatè ad essentiam.

Defectu tamen huius oppositionis (preoccupatur obiectio) attributa, licet solum re identificentur cum essentia, etiam identificantur inter se. Unde tradita explicatio non ita debet intelligi, quod semper, ac extrema solum re identificantur cum tertio, debeant inter se distinguè; sed debet intelligi permissivè, hoc est, quod identificatio cum tertio relinquat extrema cum ea distinctione, aut identitate, qua gaudent inter se ob suas specificas rationes. Est ita quia relationes important inter se oppositionem relativam, earum distinctionem non impedit identificatio cum essentia secundum rem: & quia attributa carent oppositione inter se, & alias distinguuntur ratione propter diversitatem linearum & earum infinitatem, identificatio cum essentia relinquat ea cum eadem distinctione & identificatione.

16. Respondetur tertiò, eo sensu aliqua esse idem inter se, quo identificantur cum tertio: Relationes verò divinæ identificantur cum essentia in entitate substantiali absoluta: Vnde tantum inferri valet, quod sunt idem inter se in esse substantiali absoluto; quod est omnino verum.

17. Ad confirmationem respondetur, prædictum syllogismum non esse expositivum: quia medium, videlicet essentia divina, non est terminus perfectè singularis, sed habet aliquid termini communis, cum sit communis communitate rei tribus suppositis. Videatur D. Thomas infra quæst. 39. art. 4. ad 1. Vel potè responderi, esse expositivum, sed consequentiam non tenere: quia medium non distribuitur in præmissis, sicut petit distribui: est enim terminus communis communitate rei, quamvis sit singularis dialecticè, & ob hanc rationem debet per se de distribui, sicut alij termini communes. Si autem distribueretur, præmissæ essent falsæ, vt patet in hoc syllogismo, *Hæc essentia, vt est in tribus personis, est Pater, hæc essentia vt est in tribus personis est Filius: ergo Filius est Pater*, in quo præmissæ sunt falsæ. Vel in hoc, Omnis res, quæ est hæc essentia, est Pater; Filius est hæc essentia: ergo Filius est Pater. Ecce syllogismus in Darij, vbi maior est falsa, & pariter consequens.

18 Solùm restat probare conclusionem quoad secundam eius partem. Quæ sic ostenditur: nam spiratio activa pertinet ad diversam lineam, ac paternitas, & filiatio; sed non distinguitur realiter ab eis: ergo tantùm distinguitur virtualiter. Consequentia recte deducit. Maior videtur certa: liquet enim paternitas, & filiatio fundantur in generatione, & spiratio activa in processione, quæ sunt de linea intellectus, & voluntatis. Minor vero probatur: Tum ex præfato Concilio, in quo definitur non esse in Deo veram quaternitatem; sed cum hoc stare non potest distinctio realis inter spirationem activam, paternitatem, & filiationem: ergo non distinguitur realiter ab eis. Tum etiam: nam spiratio activa non opponitur relative paternitati, & filiationi; sed in Deo omnia sunt idem realiter, ubi non obviat oppositio relativa: ergo.

19 Sed obijciunt *primò*: Quia misericordia, & iustitia distinguuntur tantùm virtualiter, hæc prædicatio est vera, *Misericordia est iustitia*; sed hæc est falsa, *Paternitas est spiratio activa*: ergo distinguuntur plusquam virtualiter. ¶ *Secundò*: Paternitas, & spiratio activa sunt duæ relationes: ergo duæ res, & sic realiter distinctæ. Consequentia probatur: Nam relatio est inferior ad rem: nam bene valet, *Est relatio: ergo res*; sed multiplicatio inferiori, nequit non multiplicari superioris: ergo sunt duæ res.

Ad primum respondetur: quòd sicut ista propositio, *Attributum misericordiae est attributum iustitiae* est falsa, quia enuntiatur in ea non solum iustitiam, & misericordiam esse eandem rem, sed etiam dicere eandem expressionem pro formali, sic similiter quando res illa, quæ est paternitas, significatur nomine & expressione paternitatis, non debet significari nomine spirationis activæ: quia hoc esset dicere, quòd sub expressione paternitatis respicit spirationem passivam; quòd est falsum. Potest tamen, & debet proferri, quòd res, quæ est paternitas, est spiratio activa, & e converso, quòd est distingui præcisè virtualiter. ¶ Ad secundum respondetur, quòd tunc, multiplicato inferiori, multiplicatur superioris, quando inferior multiplicatur entitative, scilicet verò quando multiplicatur præcisè sub aliqua expressione. Paternitas autem, & spiratio ideo dicantur duæ relationes, quia ad hoc sufficit diversa expressio eiusdem rei ad diversos terminos: At quia caret oppositione relativa, propterea neganda est dualitas in entitate realiter, quamvis concedatur in expressione relationis; sicut conceduntur duo attributa, & non duæ entitates seu res. Nec ex hoc inferas, vnam relationem respicere immediate plures terminos, sed vnam rem per diversas expressiones, & equivalentias.

*** **

DUBIUM II.

Quot sint Relationes divines?

Postquam explicimus an sit relationum divinarum, statim se offert numerum earum explicare, ad quòd deservit præfens dubium. Quòd non procedit de relationibus terminatis ad creaturas, ut est relatio Creatoris &c quia factis constat ex toto hoc opere, huiusmodi relationes non esse reales; sed de relationibus, quarum terminus est ad intrinsecas enim, sunt propriæ huius tractatus.

§. I.

Dubij resolutio.

20 Dicendum est, in Deo dari quatuor relationes reales, quæ sunt paternitas, filiatio, spiratio activa, & spiratio passiva. Hæc assertio quoad paternitatem, filiationem, & spirationem passivam est certa secundum fidem; sicut fides docet esse in Deo trinitatem personarum. Quoad spirationem activam, & quòd numerum assignatum est communis inter Theologos.

Quoad primam partem probatur: Nam in divinis dantur tres personæ realiter distinctæ, quarum qualibet constituitur vnicæ relationes; sed præter tres relationes personas constituentes debet dari alia relatio, qua Pater & Filius formaliter & proxime respiciunt Spiritum sanctum: ergo dantur in Deo quatuor relationes reales. Minor probatur: Nam quia Pater & Filius Spiritum sanctum produciunt, illum respiciunt relatione formali originis; sed huiusmodi relatio nequit esse paternitas, & filiatio: tum quia nulla ex his relationibus respicit proximè formaliter Spiritum sanctum: tum etiam, quia relatio respiciens formaliter & proximè Spiritum sanctum est vnicæ cum sit vnicus spirator, quòd non convenit paternitati & filiationi: Tum denique, quia hæc relatio fundatur in processione Spiritus sancti, & paternitas & filiatio fundantur in generatione: ergo.

21 Deinde utraq; pars probatur ratione D. Thomæ hic art. 4. Ioc sunt relationes reales in Deo, quot sunt rationes fundandi; sed rationes fundandi sunt tantùm quatuor: ergo. Minor probatur: Nam relatio divina tantùm potest fundari in actione & passione, non qualicumque, sed immanenti; sed in Deo tantùm datur duplex actio immanens, & duplex passio, sicut & duplex processio, alia per intellectum, & alia per voluntatem: ergo rationes fundandi relationes divinas sunt tantùm quatuor. Maior, in qua tantùm potest esse difficultas, suadet: Nam imprimis relatio divina nequit fundari in vni-

te,

Dub. II. Quot sint Relationes divines?

te, & numero: Non in numero, quia supponit aliquam deficientiam in aliquo extremo, quæ in Deo locum non habet: Tum, quia supponit distinctionem realem pro priori ad ipsam relationem, quæ omninò in Deo releganda est secundum fidem. Neque in vnitare: nam relatio similitudinis requirit naturas numericè distinctas, cum huiusmodi genus relationis non faciat distinctionem, sed illam supponat, & in ea fundatur: Et ita si eadem numero albedo esset in duobus subiectis, non esset in eis relatio realis similitudinis, aut identitatis, sed tantum rationis.

Deinde relatio divina nequit fundari in ratione mensuræ, & mensurabilis. Tum propter eandem rationem: quia videlicet supponit deficientiam in aliquo extremo. Tum etiam: quia relationes, quæ (sunt inter personas eiusdem ordinis & eiusdem numero nature, debent esse mutæ, & relationes fundata supra rationem mensuræ, & mensurabilis non sunt mutæ, ut communiter tradunt Logici. Tum denique: quia pro priori ad relationem supponitur distinctio, & non qualicumque, sed specifica, quæ in Deo non est admittenda. Maneat ergo, quòd tantùm datur relatio fundata in processione.

§. II.

Obiectiones contra prædictam rationem.

Quamvis nullat sententia alicuius momenti adversus nostram conclusionem; sunt tamen nonnulla argumenta contra rationem D. Thomæ non contemnenda, quibus oportet occursum iri: ex quorum solutione constabit satis numerus processuum, & trinitas personarum.

22 Arguitur ergo *primò*: Nam ex ratione D. Thomæ tantùm haberi potest, quòd in Deo non sit alia processio nisi per intellectum, & voluntatem, non verò inferri esse vnicam ex parte vnius, & alterius; sed, semel datis alijs processibus, necesse est fieri plures relationes reales, quàm quatuor: ergo ex ratione D. Thomæ non colligitur satis, esse in Deo tantùm quatuor relationes.

Et confirmatur: nam licet divina intellectio sit vna secundum rem, est tamen virtualiter multiplex, ut vidimus tract. 3. disp. 1. sed ex ratione D. Thomæ nullatenus colligitur per *intelligere* scientificum non produci verbum realiter distinctum a verbo producto per *intelligere* primordiale: Tum, quia sicut hoc productum verbum ex secunditate, etiam illud: Tum etiam: quia, non obstanti quòd intellectio & volitio primordiales sunt tantum virtualiter distinctæ, produciunt terminos realiter distinctos: ergo idem poterit dici de *intelligere* primordiali, & scientifico.

Paul. Theol. Salm. Tom. II.

23 Ad argumentum respondetur, processionem realem in divinis per *intelligere* primordiale non posse esse nisi vnicam; quòd in præfenti, & art. 5. quest. 27. supponit D. Thomas propter proximè dicenda. Nam imprimis nequeunt in Deo dari duo innascibiles, ut ex Hilario, & D. Thomæ vidimus disp. 1. dab. 1. deinde nulla alia persona potest producere aliam per intellectum præter primam, alias daretur processus in infinitum. Si ergo daretur duplex processio per *intelligere* primordiale, oportebat, quòd esset à prima persona. Sed inquirimus, ille processiones vel sunt specie, aut quasi specie distinctæ; vel tantum numero, aut quasi numero? Primum dici non valet: Tum, quia processiones distinctæ in specie, aut quasi specie pertinet principia & terminos formales specie, aut quasi specie distinctos, sed supponimus, huiusmodi processiones consistere in *intelligere* primordiali, respectu cuius nullum aliud principium radicale excoitari valet præter naturam divinam, & nullum principium proximum præter intellectum & essentiam divinam per modum speciei; & nullus alius terminus formalis præter naturam divinam, seu ipsam *intelligere*, quòd est ipsum *intelligere* eiusdem nature divine: ergo per *intelligere* primordiale nequit dari duplex processio specie distincta.

Neque possunt esse numero, aut quasi numero distinctæ: Tota, quia distinctio tantum numerica sumitur à materia, vel subiecto; sed processiones divine carent subiecto & materia: ergo. Tum etiam: quia distinctio pure numerica provenit ex limitatione: unde quia natura divina est infinita, non potest numero multiplicari: ergo. Tum denique: quia, ut inquit D. Thomas lib. 4. Contra gent. cap. 13. *Quis Deum, intelligendo se, omnia alia intelligere uno & simplici intuitu, cum suum intelligere sit suum esse, necesse est Verbum Dei esse vnicum.*

24 Ad confirmationem respondetur, quòd licet in divinis sit multiplex *intelligere* distinctum virtualiter, non tamen omne *intelligere* producit verbum, sed tantum primordiale. Nam intellectio scientifica (v. g.) non producit verbum realiter distinctum a verbo producto per *intelligere* primordiale; cum nec principium quòd, nec principium quo distinguantur realiter, ut intuenti constabit. Nec refert, quòd in Patre non distinguitur potentia generativa, & spirativa; & tamen utraq; producit suam personam. Non (inquam) refert: Tum, quia potentia spirativa præter personam Patris desiderat aliam personam realiter distinctam, scilicet Filium. Tum etiam: quia potentia spirativa connotat diversam relationem; quam non connotat scientia.

Nec producit verbum virtualiter diversum à verbo primordiali. Tum, quia verbum productum per *intelligere* primordiale, ut pote infinitum,

F 2

tum,

tum, exhaurit totam vim productivam verbi. Tum etiam quia verbum solum potest produci in divinis ex fecunditateque ratio (si satis pendatur) aperte probat, facultates potissimas utriusque persone producere terminum: nam qua parte verbum (v.g.) producitur ex fecunditate, peti produci per intelligere perfectissimum, quale est primordiale: quia non est, cur fecunditas reperitur in alio intelligere, & non in illo, ut diximus disp. 1. n. 56. Et qua parte huiusmodi verbum est infinitum, exhaurit totam vim productivam verbi.

25 Ex his præoccupata manet duplex instantia. *Prima est*, quod actus habent diversa obiecta formalia: ergo etiam verba producta per illud duplex intelligere. *Secunda est* quod intelligere primordiale non exhaurit totam vim intellectivam Dei: ergo nec verbum productum per intelligere primordiale.

Ex dictis (inquam) satis constat ad primam, propter notam disparitatem inter actum, & terminum illius: Nam ut actus distinguantur specie aut quasi specie, sufficit, quod tendant in idem obiectum diverso modo. At termini non distinguuntur penes hoc, quod producantur hoc, vel illo modo; & ita idem est homo, sive producatur per generationem, vel per creationem. Pariter ergo licet intelligere primordiale, & scientificum distinguantur virtualiter, & quasi specie, ex eo quod tendunt in idem obiectum diverso modo; verbum autem non multiplicatur nisi penes representationem diversæ naturæ. Et quia verbum divinum sive producatur per intelligere primordiale, sive per scientificum, debet representare naturam divinam prout est in se, & omne representabile in ea contentum, non est vnde verba multiplicentur virtualiter, est ad actus multiplicentur, per quod patet ad secundam.

26 Arguitur *secundò*: Ut dentur in divinis alix relationes, nempe similitudinis, identitatis, & æqualitatis, non requiritur diversitas in natura, sed sufficit diversus modus habendi eandem naturam, ut liquet in relatione similitudinis, quam dicit species ad obiectum, & verbum ad speciem; sed est in Patre, & Filio sit eadem natura, est tamen in vno sub diverso modo, ac in alio: ergo est inter eos relatio realis similitudinis &c. ¶ Confirmatur: Nam rationes fundandi paternitatem, & filiationem non sunt diversæ nisi penes diversam connotatam: ergo quamvis natura sit eadem in Patre & Filio, sufficit connotare diversas personas, ut detur relatio realis similitudinis inter eas.

Ad argumentum respondetur, quod tunc modus diversus habendi eandem numero naturam sufficit ad fundandam relationem realem similitudinis, quando est intrinsecus ipsi naturæ, importatur in recto ab ea, & trahit eam ad suam lineam. Modi autem essendi, quos habet natura in obiecto, specie, & verbo, sunt ei intrinseci & in recto, trahuntque illam ad suas propriissimas lineas. At modi, quibus natura divina est in Patre, & Filio,

sunt diversæ lineæ, tantumque se habent de connotato, neque trahunt eam ad suas propriissimas lineas. Quare non est in eis diversæ ratio fundandi relationem similitudinis.

Ad confirmationem respondetur, concedendo antecedens; & negando consequentiam. Et ratio disparitatis est: quia relationes paternitatis & filiationis secundum conceptum in per se requiruntur ut connotata ad lineam generationis activæ & passivæ, ut tales sunt: nam sicut potentia generativa exigit per se personalitatem Patris, sic generatio activa, prout est ratio fundandi eandem paternitatem secundum conceptum ad, exigit eandem personalitatem. At natura divina, quatenus fundat relationem similitudinis, non connotat per se & formaliter personalitatem, sed tantum materialiter; alias non esset relatio similitudinis, & æquiparantia, sed dissimilitudinis. Vnde si in natura non datur distinctio numerica, non est locus relationi reali similitudinis.

DUBIUM III.

An Relationes divinx importent proprias existentias relativas?

27 **S**upponimus in præsentem, essentiam divinam ut præintellectam relationibus existere per propriam existentiam absolutam. Hæc suppositio satis colligitur ex dictis tract. 1. disp. 2. dub. 3. Et ex illo exod. 3. *Ego sum, qui sum*: ubi ostenditur, Deum esse ipsam esse. Vnde D. Hilari. lib. 2. de Trinit. ait: *Non aliquid magis Deo proprium intelligitur quam esse*. Et probatur ratione: Deus pro priori ad relationes intelligit, & vult; sed existentia est omnino prærequisita ad omnem operationem: ergo pro priori ad omnem relationem Deus existit existentia absoluta. ¶ Confirmatur: Deus pro priori ad relationes est æternus & immutabilis; sed æternitas & immutabilitas supponunt esse existentie, sicut omnis duratio consequitur ad esse rei durantis: ergo.

Nec officit illi, quod existentia sit vitima actualitas. Quia sensus est, quod inter alia, que pertinent ad suam lineam, intelligitur vitimo loco advenire, non vero requiritur, quod absolute præsupponat omnes formalitates divinas, etiam si sint alterius lineæ. Oportet tamen, quod trahantur ad existendum per eam, sic quodammodo est posterior illis, ut ipsis communicata. His ita suppositis: Inquirimus, an præter existentiam hanc absolutam, vitiosus dentur in Deo existentie relative?

Pro quo fit:



§ I.

Conclusio Thomistica.

28 **D**icendum est, relationes divinas non habere proprias existentias de genere relativo, sed vnicè existere per existentiam absolutam essentia divinx. Ita communiter Thomistæ: quibus suffragantur Durand. Et ex Patribus Societatis Vazquez, Fonseca, Granada, Becanus, & alij relati à N. Salm. in præf. disp. 7. num. 12.

Et suadetur *primò* autoritate D. Thomæ: Nam quest. 9. de Pot. art. 5. ad 19. hæc ait: *Diversitas secundum esse sequitur pluralitatem suppositorum, sicut diversitas essentia, in rebus creatis. Neutrum autem in divinis. Ubi, ut vides, expresse distinguit essentiam, & existentiam.* ¶ Confirmatur: Nam quest. 2. item de Pot. art. 6. ita inquit: *Non est concedendum, quod aliquid absolutum in divinis multiplicetur: sicut quidam dicunt, quod in divinis est duplex esse, essentiale & personale: omne enim esse in divinis essentiale est.* Idem tradit quest. 1. de Veritat. art. 5. ad 18. ubi ait: *Esse in divinis non nisi essentialiter dicitur.*

Et probatur ratione: Si persone divinx importarent proprias existentias relativas, darentur in Deo tres æterni, & tres increati; sed hoc est contra fidem, iuxta illud Athanasij: *Non tres æterni, sed unus æternus, sicut non tres increati: sed unus increatus*: ergo persone divinx non habent proprias existentias relativas. Sequela maioris quoad primam partem probatur: Nam si darentur tres existentie, darentur etiam tres æternitates: ergo & tres æterni. Patet consequentia: nam non alia ratione sunt tres persone, nisi quia dantur tres personalitates: & ita cum eadem proprietate & licentia, qua alterius tres personas, concedere possemus tres æternos. Antecedens verò probatur: Nam si darentur tres existentie, etiam darentur tres durationes, siquidem duratio rei est continuatio rei in suo esse; sed duratio in Deo est æternitas: ergo darentur tres æternitates. ¶ Quoad secundam partem etiam probatur: Nam, concessis tribus existentijs, etiam concedi debent tres forme, ratione quarum essent tres increati: ergo darentur tres increati. Antecedens probatur: Nam forma, per quam quis constituitur in ratione increati est existentia, quam habet non ab alio tanquam à causa; & ideo quia Deus non habet esse ab alio, est increatus; & econtrà, quia creature habent esse ab alio tanquam à causa, sunt quid creaturæ: sed esse relationum non esset ab alio tanquam à causa: ergo qui concedit tres existentias, necessarid fieri debet tres formas, ratione quarum essent tres increati.

29 Respondent *primò* Adversarij, primo inconvenienti, permittendo, dari in Deo tres durationes; sed negando tres æternitates: quia æternitas solum est duratio propria essentia: duratio verò relationis propria non pertingit ad perfectionem æternitatis, sicut nec relatio ad perfectionem essentia. ¶ Secundo inconvenienti respondent, quod existentia relativa per se non est ratio aut forma, ratione cuius persona divina est increata positivè, sed tantum negativè, id est, per meram non repugnantiam ad non essendum ab alio tanquam à causa; quod non sufficit, ut dentur in Deo tres increati substantivè & absolutè: In quo sensu intelligendus est Athanasius.

Sed hæc evasio, quatenus primum inconveniens intendit vitare, multipliciter refellitur. *Primò*: nam diversitas formalis durationis desumitur tanquam à prima radice à diversitate formalis mutabilitatis & immutabilitatis: ergo ubi est eadem immutabilitas formalis, etiam debet dari eadem duratio formalis; sed quia essentia divina est omnino immutabilis, propria eius duratio est æternitas: ergo cum relatio divina gaudet ex se eodem gradu immutabilitatis, necesse est, ut duratio eius propria sit æternitas. ¶ *Secundò*: Duratio adquatè dividitur in æternitatem, ævum, & tempus: ergo si relatio ratione proprie existit: tunc petit per se propriam durationem, oportet, ut hæc sit ævum, tempus, aut æternitas: ergo cum non possit esse tempus, aut ævum, manet, quod sit æternitas. ¶ *Tertiò*: Præcipua proprietas æternitatis est carere principio & fine, quod fundatur in summa immutabilitate rei durantis; sed hæc proprietas æquè convenit relationi, eiusque durationi, ac essentia & æternitati: ergo duratio propria relationis divinx in toto rigore esset æternitas. ¶ *Quartò*: Nam durationes non distinguuntur penes subiecta specie materialiter diversa, & se excedentia in perfectione specificâ, sed penes diversos gradus immutabilitatis; & ita videmus, quod sicut mensura propria accidentis corruptibilis est tempus, ita mensura propria substantiæ corruptibilis est tempus; & sicut substantia equi & hominis, quamvis distinguantur specie materialiter, conveniunt in eodem gradu mutabilitatis, mensura eorum est eiusdem rationis, idemque apparet in Angelis; sed relatio convenit cum essentia in eodem gradu immutabilitatis: ergo sicut duratio propria essentia est æternitas, etiam duratio propria relationis (si illa gaudet) est æternitas.

30 Tandem refellitur prædicta evasio ex multiplici implicatione que intertur ex ea. Interfertur enim *primò*, durationes prædictas (quidquid sit, an sint æternitates) esse, & non esse specie distinctas. Esse quidem: quia, ut potè relati vè, specificantur ex suis terminis; & ex terminis specie distinctis durationes nequeunt non esse

specie distingui, qua ratione relationes ipsa distinguantur specie. Non esse: quia conveniunt in eodem gradu immutabilitatis; qua ratione mensura motus augmentationis, & localis non sunt specie distinctæ. ¶ Interitur *secundò*, esse plures durationes in Deo, & non esse. Esse, ut supponitur. Non esse: quia apud Suarezium non multiplicatur immutabilitas, quæ est radix durationis. ¶ Interitur *tertiò*, durationes illas esse absolutas, & non esse. Non esse, ut supponitur. Esse: quia duratio non sumit suam speciem a termino, sed ex diverso gradu immutabilitatis, ac proinde per ordinem ad subiectum.

31 Non minus efficaciter refellitur prædicta evasio quoad secundum inconveniēs. Iam quia iuxta illam, & oppositam sententiam, quilibet persona divina habet proprium esse; non creatum positive: ergo increatum positive: ergo essent positive tres increati in Deo. *Tum etiam*: Nam esse relationis divinæ proprium non solum habet non repugnantiam ad non essendum ab alio tanquam a causa, sed etiam dicit positivam repugnantiam ad essendum ab alio tanquam a causa; sed eo ipso esset positive quid increatum: sicut omne esse creatum est positive quid creatum, quia dicit positivam repugnantiam, ut sit ens a se per modum prima causæ: ergo non tantum negative, sed etiam positive esset quid increatum, ac proinde essent tres increati positive. *Tum denique*: Quia esse proprio relationis repugnat positive dependere ab alio sicut ipsi relationi; sed quod habet positivam repugnantiam ad dependendum vere, & proprie ab alio, non solum est quid increatum negative, sed etiam positive: ergo.

32 Respondent *secundò*, quod esse darentur tres aternitates, non dicerentur absolute *tres aterni*, sed cum addito diminutive, nempe relative; in quo nullum datur inconveniens.

Contrà est *primò*: Nam illa aternitates essent tales absolute, neque esset additum diminuens conlequi ad existentiam relativam: sicut nec est, ut datur absolute tres personæ, personalitates esse relativas. *Tum etiam*: nam eadem proprietate possemus admittere tres Deos, aut tres Omnipotentes relative: siquidem eisdem verbis negat Athanasius tres aternos & increatos, ac tres Deos & tres Omnipotentes: quod sane nemo pie mentis concedet. *Quibus addet* quod forma illa, quibus dicerentur tres aterni, essent perfectissimæ in ratione aternitatis, cum provenirent ex immutabilitate ita perfecta, ac est immutabilitas essentia: ergo non est additum diminuens dicere, quod sunt tres aterni relative.

33 Respondent *tertiò*, optimè stare, quod existentia multiplicentur, & non aternitates, seu durationes. Siquidem duratio distinguitur

ab existentia rei durantis realiter in creatis, & virtualiter in divinis. Iuxta quod potest dici, quod est existentia relationis sit relativa, duratio verò eius est absoluta.

Sed contra est *primò*: quia hæc solutio patitur aperte principium. Rationem enim quarimus, cur relationes divinæ constituuntur durante duratione absoluta, & non possunt subsistere constitui existentia absoluta? ¶ *Secundò*: Nam duratio convenit cuilibet rei proxime ratione existentia: ergo non obstanti quod distinguatur ab ea, si multiplicatur existentia, etiam durationes debent multiplicari. In cuius signum videmus, quod in creatis, quæ habent diversas existentias, etiam habent diversas durationes, ut liquet in substantia, & proprietatibus, aut alijs accidentibus communibus. Et quia materia, & forma existunt eadem indivisibili existentia, non habent nisi unam tantum durationem: & in divinis, quia essentia & attributa existunt una existentia, etiam duratio eorum est una & indivisibilis.

S. II.

Alia rationes pro nostra assertionem.

34 **P**robat *secundò* ratione: Nam omnia, quæ in composito substantiali creato constituunt unum ens per se, existunt una & indivisibili existentia, ut ex nostra Philosophia supponimus: ergo potiori titulo essentia divina, & relationes existunt eadem existentia. Consequentia probatur: Tum, quia in composito substantiali creato plura sunt, quæ distinguuntur realiter; sed hoc non obstanti existunt eadem indivisibili existentia: ergo eadem essentia, & relatio in Deo non distinguuntur realiter, potiori titulo possunt, & debent existere eadem indivisibili existentia. Tum etiam: nam existentia creata est finita, & limitata, & tamen una sufficit, ut quæ distinguuntur realiter, existant unica existentia finita: ergo cum existentia essentia divinæ sit infinita, potiori titulo erit sufficiens, ut existant per eam essentia, & relationes.

35 Occurrunt Adversarij, esse notam disparitatem inter Deum, & compositum substantiale creatum. Nam omnia, quæ dantur in composito substantiali creato, esse hoc consistit partibus, & formalitatibus realiter distinctis, pertinent ad constituendum unum ens per se, suntque de genere absoluto: & ideo sufficit una existentia absoluta, ut existant: Relatio verò divina nequit existere existentia absoluta: quare ponenda est existentia propria relativa. Ob quam etiam rationem præter subsistentiam absolutam datur in Deo subsistentia relativæ. Prætermittimus evasionem aliorum: concedunt diversas existentias partiales in squo (V. g.) quia hæc per-

pertinet ad Philosophiam, ubi satis impugnata manet.

Sed contra est. Nam inter rem relativam, & existentiam absolutam datur sufficiens proportio, ut illa per istam possit existere: ergo ruit solutio. Antecedens probatur: Tum, quia inter rem absolutam & subsistentiam relativam datur sufficiens proportio, ut illa per istam possit subsistere; ut liquet in natura divina, quæ subsistit tribus subsistentijs relativis, & in humanitate Christi, quæ immediate subsistit subsistentia relativæ Verbi: ergo etiam inter rem relativam, & absolutam existentiam datur sufficiens proportio, ut illa per istam possit existere. Tum etiam: nam non obstanti quod materia prima sit quid corporeum, subsistit, & existit per subsistentiam, & existentiam spiritualem animæ rationalis, ac proinde est sufficiens proportio inter rem corpoream, & existentiam, aut subsistentiam spiritualem, ut illa per eas possit subsistere & existere: ergo pariter, quod res existens sit relativa, & existentia sit absoluta, non tollit debitam proportionem inter rem existentem, & ipsam existentiam. Consequentia probatur: Ideo antecedens est verum, quia materia prima non est immediatam susceptivam subsistentiæ, aut existentia spiritualis, sed anima rationalis, ratione cuius materia ipsa coaptatur ad recipiendos effectus formales earum; sed id ipsum potest dici de existentia absoluta comparative ad relationem, si quidem primum quasi susceptivum illius est essentia, ratione cuius etiam comprehendit relationem: ergo relatio ratione essentia habet sufficientem proportionem cum existentia illius, ut ab ea possit suscipere suam effectum formalem. Id quod tangit circa subsistentiam, constat ex solutione argumentorum.

36 Tertio probatur conclusio: Relatio creata non existit nisi per existentiam absolutam: ergo neque relatio divina. Consequentia videtur legitima a paritate: nam si existentia absoluta potest reddere existentem relationem creatam, non est cur existentia divina, cum infinita sit, non reddere possit existentem relationem divinam. Antecedens verò probatur: existentia relationis creata non dicit ordinem ad terminum, sed ad subiectum: ergo non est relativa, sed absoluta. Antecedens probatur: Tum ex D. Thoma in 1. dist. 33. quæst. 1. art. 1. ad 1. & quodlibet. 12. art. 1. ubi ait: *Relatio, sicut & quælibet forma, habet esse ex comparatione ad illud, cui inest. Unde esse relationis est per comparationem ad subiectum, cui inest.* Tum etiam: nam existentia relationis ex suo conceptu formali tantum dicit ultimum actualitatem, per quam est extra causas; sed in hoc non exprimitur ordo ad terminum: ergo existentia illius non desumitur per ordinem ad terminum. Tum denique: nam duratio relationis creatae &

cuius existentia sunt eisdem ordinis vel absoluti, vel relativi, cum duratio nihil aliud sit, quam permanentia rei in esse; sed duratio relationis creatae est per ordinem ad subiectum, cum desumatur ex mutabilitate, vel immutabilitate illius: ergo.

Confirmatur: In relatione creata datur conceptus in absolutus: ergo existit secundum hunc conceptum per existentiam absolutam. Patet consequentia: nam in hoc convenit cum alijs accidentibus absolutis, iam sic; sed eadem res nequit existere duplici existentia, alia absoluta, & altera relativa: ergo relatio creata adæquate existit existentia absoluta. Quæ confirmatio potest elevari, si applicetur relationi divinæ in hunc modum: Nam conceptus in absoluto relationis creatae correspondet in divinis essentia divina ut inclusa per transcendenciam in relatione divina, sicut conceptus ad correspondet ipsa relatio divina secundum propria relationis; sed relatio creata adæquate sumpta existit per existentiam absolutam, quæ compeit per se primo conceptui in absoluto ergo relatio divina etiam existit per existentiam absolutam, quæ convenit per se primo essentia. Nec opus est evasiones Adversariorum recellere, quia sunt nullius momenti. Videantur tamen N. Salm. in præf. disp. 7. num. 36. & num. 46.

37 Vltimò probatur conclusio ratione: Relationes divine existunt existentia absoluta essentia: ergo superfluit existentia relativa. Patet consequentia: quia eadem res non potest existere duplici existentia, sicut nequit terminari duobus terminis. Antecedens verò probatur: tum ex proxime dictis. Tum etiam: nam existentia absoluta est inchoata in linea existendi; sed existentia infinita in linea existendi, petit, ut per eam existat omne id, quod absolute est: capax existendi, vii est relatio: ergo relatio divina existit per existentiam absolutam essentia. Tum denique: nam existentia absoluta est communis tribus personis non minus proprie ac natura divina, & attributa: ergo reddit eas existentes; sicut per naturam divinam constituuntur in ratione Dei, & per omnipotentiam in ratione Omnipotentis.

38 Respondet Suarezius negando antecedens. Quia existuntur aliter non posse existere per existentiam vnam; cum existentia cuiuslibet rei sit eius entitas actualis.

Sed contra: Tum, quia materia prima existit per existentiam formam, ut nunc supponimus: ergo falsum est, unam rem non posse existere per existentiam alterius. Quod præcipue urget in relatione divina, quia non distinguitur ab essentia, sicut materia distinguitur a forma. *Tum etiam*: Nam attributa existunt per existentiam essentia; sed relatio non magis distinguitur ab essentia, ac attributa: ergo etiam relatio potest, & debet existere per existentiam